



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 51. Agapiti Papæ Epistolæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. nianæam primam, ut ab aliis, quibus
 A. C. 535. idem Nomen imposuit, distingueret, &
 Illyrici Metropolim esse voluit.

§. LI.

Agapiti Papæ Epistolæ.

Papa Imperatori rescribens Fidei Con-
 fessionem approbat, partas Victorias
 & Imperii incrementum gratulatur.
Epist. 4. Quod ad Arianos pertinet, laudat zelum
 Imperatoris eorum Conversionem cu-
 pientis; at simul excusat, dicens, nihil
 se posse decernere contra Canones (*)
 æque unum ac alterum prohibentes, ne
 Hæretici reconciliati nec ad ordines al-
 tiores promoveantur, nec in illis, in qui-
 bus sunt, conseruentur. *Conversionem
 suam, inquit, non esse sinceram produnt,
 si ambitionem premere nequeant. Cau-
 sam vero Stephani Larissæi, cum consen-
 tias, ut a Legatis Nostris excutiatur, il-
 lis, quos propediem missuri sumus, tractan-
 dam commitemus, & jam nunc Achillem
 in Nostram Communionem recipimus. Ad
 purgandum Episcopum Epiphanium, quod
 ipsum ordinaverit, affers, ipsum tuo Man-
 dato id fecisse, sed ipsum, cum Episcopus
 esset, monere te oportebat, quid Sacra Se-
 dis*

(*) S. Agapitus Papa hoc Responso facem
 præfert ad decidendam illam Quæstionem, an Pa-
 pa sit supra Canones.

dis Reverentia exigeret. Ceterum dicit Sæculum VI.
Papa, Legatos suos Imperatori indica- A. C. 535.
turos, quid in Negotio novæ urbis Justi-
nianæ factururus esset. Epistola ista 15.
Octobr. & ex consequenti anno 535. da-
ta est. Omnino etiam Agapitus Papa
Legatos Constantinopolim quinque Epis- Conc. Const.
copos, scilicet Sabinum Canusinum, Epi- Act. 1. to. 5.
phanium Eclanensem, Asterium Salerni- p. 11.
tanum, Rusticum Fesulanum, & Leonem
Nolanum misit.

Interim Episcopis Africae, Epistola
Synodica, quam ad Joannem Papam scri-
plerant, obsignata, cum eos, qui eam
delaturi erant, hyemalis rigor a suscipien-
do itinere retardaret, affertur nuncium,
mortuum esse Pontificem, & ordinatum
Agapitum. Itaque Reparatus Gratulato-
rias ad novum Pontificem adjunxit. Re-
scripsit ei Papa, simulque ad Epistolam Sy-
nodicam ad Antecessorem suum directam Epist. 2.
respondit. Præcipit, ab antiquis Statutis
non recedere, & Arianos contentos esse, si
ad Ecclesiam Catholicam recipiantur qua-
cunque ætate baptizati fuissent, non au-
tem exigere, ut ad Clericalem ordinem ad-
mittantur, vel in quocunque gradu con-
ferrentur. Consentit etiam Papa, Cle-
ricos peregrinos recipi non debere, nisi
Superiorum suorum licentiam exhibeant,
ut Clericis per orbem vagandi occasio
adimatur.

Itaque

Sæculum VI. Itaque Ecclesiæ Africanæ post tot ca-
 A. C. 535. lamitates reflorescebant, & conversio-
 ne quorundam Barbarorum augebantur.
Procop. IV. ædif. c. 8. Nimirum fidem susceperunt Mauri, qui
 Regionem Tripolitanæ vicinam incole-
 bant. Horum urbs Cidamus appellaba-
 tur, ipsique dicebantur *Pacati*, ob in-
 tegerrimam fidem, qua Pacem cum
 Romanis servabant. Omnes Justiniani
Ibid. c. 4. Imperatoris cura, sicut etiam Gadabitani
 Leptisensibus proximi ad Christiana Sa-
 cra transierunt. In extrema parte Pen-
 tapoleos duæ urbes erant positæ, quæ
Ibid. c. 2. ambæ Augila dicebantur. Incolæ adhuc-
 dum Ammonem & Alexandrum Divinis
 honoribus prosequabantur, iisque fere-
 bant Sacrificia. Justinianus vera fide im-
 bui jussit, & Christianos reddidit ædifica-
 ta in eorum Patria S. Virginis Ecclesia.
 In Ecclesiam mutavit templum, quod Ju-
 dæi habebant Borione, urbe Maurusianis
 contermina. Eam ipsi a Salomone ædi-
 ficatam jactabant. Hos igitur omnes Ju-
 stinianus adduxit, ut Religionem Chri-
 stianam amplecterentur.

§. LII.

*Epiphanius obit. Anthimus Patriarcha
 Constantinopolitanus.*

Interim Epiphanio Constantinopolitano
 Patriarcha anno 535. vita functo An-
 thimus